

Sammelband von Dina



U. g. 1975

DISPUTATIO X.

libri 3. Institut. Imp.

DE SOCIE-
TATE ET MAN-
DATO
QVAM

ELOHIM aspirante

PRAESIDE

Nobilissimo, Clarissimo, Consultissimoq; Viro

DN. ARNOLDO DE REYGER,

I C. ET IN INCLYTA SALANA

Publico Digestorum Prof. digniss.

diligentissimoq;

*Ingenij exercendi causa proponit & defen-
dere conabitur*

AD DIEM MARTII

Horâ locoq; consuetis.

PAVLVS Rhem.

*In omni societate iustum aliquid & amicitia
esse videtur.*

Arist. 8. Eth. c. 9.

IENAE

Ex typographéo Tobia Steinmanni.

ANNO MDCCXCV.



NOBILISSIMO ET AMPLIS-
SIMO, PIETATE ERUDITA, VARIARVMQ. RE-
rum peritia, ac usu exornatissimo

Viro

*Dn. Vuolfgango Paller von Ham-
mel /*

Judicij Pratorij in inclyta Imperiali Rep.

AVGVSTANA assessori dignissimo,

& Scholarchæ ad Divum Annae vigilantiss.

Nec non

SPLENDORE GENERIS OR-

NATISSIMO, PIETATE, PRVDENTIA,

multarumq; rerum usu eminentis-
simo

Dn. Vuolfgango Genisch /

*Dn. affin. & fautorib. honorandis &
observandis*

Hasce suas legales positiones

IN

*Exercitij Academici symbolum
Perpetuæ observantiæ tesseram*

Dat, Dicat, Dedicatq;

Paulus Rhem.



Continuatio.

Haftenus de duob. priorib. contractuum generib. qui solo consensu perficiuntur, emptione videlicet & venditione: Locat: & conduct. consequens est, ut & de duob. posteriorib. agamus, qui sunt societas & mandatum.

T H E S I S I.



SO C I E T A S, Q V A E E T
voluntarium consortium dicitur *a*,
est contractus iuris *b*. solo consensu initus *c*, de rebus & operis *d* honestis *e*, ad rerum communionem habendam conferendis *f*.

a l 52. §. 8. ff. h. t. *b* l. 5. pr. eo. §. 2. vers. & ex hoc iure. l. de iu. N. G. & C. *c* pr. l. de ob. ex cons. l. 19. l. 37. ff. h. t. l. 1. ff. locati l. 1. §. 2. ff. de contr. empt. Neq; scripturae aut verborum ullam proprietatem desiderat. l. 2. §. 1. ff. de O. & A. d. l. 1. C. h. t. *e* Rerum enim turpium nulla est societas. l. 53. l. 57. ff. h. t. *f* l. 1. §. 1. l. 3. §. 1. ff. h. t. Treut. th. 8. hic, Diff. Acc. i. Sch. Kling. & omnes ferè Dd. Item Duar. in pr. h. t.

2.

Distribuitur autem in universalem & particularem *a*. Universalis, quam Græci κοινωσίαν sive κοινωπραξίαν vocant, dicitur, quæ de universalium rerum communiōe constituta est. Eaq; aut totorum est bonorum, sive omnium omninò, & universalium fortunarum *b*: aut universalium tantum, quæ ex quæstu, h, e. opera sociorum veniunt. *c*.

A 3

a pr. l. h.



a pr. l. h. t. l. 1. § 1. l. 5. 65. pr. ff. h. t. Diff. variè. Dd. in div. soc. quos.
refert P. Nic. Mozz. b d. l. 1. § 1. l. 3. § 1. l. 73. ff. h. t. c. l. 7. cum seqq
ff. h. t. Aliud autem est lucrum, aliud questus. Illud genus est, hic v.
species ipsius. d. l. 7. l. 25. § 1. ff. de O. & A.

3.

Hæc omnium omninò bonorum societas tacite
constitui potest: veluti si qui absq; ulla expressa
conventiōe, non solùm ex communib. negociatio-
nib. quæstum, sed etiam alias suas fortunas non quæ-
stuaras sibi invicem communicent.

l. 4. pr. ff. h. t. Vbi Ga. Muda & alij. Socin. cons. 291. pr. lib.
2. Hen. God. cons. 87. n. 4. & seq. & est com. opinio secundum Matt.
Grib. li. com. op. ver. societas. Diff. Treut. hic. th. 8. lit. F. & alii ibid.

4.

Hac societate contracta, omnes omninò res,
quocunq; etiam modo à sociis adquisitæ fuerint;
sive operâ eorum, sive hereditatis, legati, donatio-
nis vel alio quocunq; honesto titulo & modo, com-
municantur: Etiam si quid ob injuriam sibi factam
vel ex l. Aquilia adquisierint b.

a l. 3. § 1. l. 73. pr. ff. h. t. b l. 52. § 16. ff. h. t.

5.

Quæstio hîc occurrit difficillima, an, si socius o-
mnium omninò bonorum, aliquam pecuniæ sum-
mam filix suæ in dotem dederit, aut filio suo in sub-
sidium studiorum, vel ad honoris gradum conse-
quendum, hoc omne quod erogavit, societati im-
putandum sit necne? Adfirmativam verioreni pu-
tamus.

c 73. § 1. ff. h. t. Treut. th. 8. hic. Mozz. de soc. col. 4n. 42. & seq.
ibi allegat quam plurimos & adfir. & Diff. in eodem quoq; tr. in calce
2. consilia ponit, ubi Bapt. de Hieronymis in nostra est sententia. Ma-
nentis Coste. v. Diff.

Inter

6.

Inter fratres partim legitimos, partim illegit. hac totorum bonorum societate coita, efficitur, ut illegitimi licet participes paternorum bonorum jure success. non sint, societatis tamen jure ad ea admittantur.

fac. l. 29. ff. de liberatio. leg. 10. Sihar. in l. 1. n. 6. C. h. t. n.

7.

Debitum quod per unum ex sociis istiusmodi citra dolum & culpam ipsius contractum fuerit, ex communiōe exsolvendum erit.

l. 39. §. 3. ff. fam. ercisc. l. 5 2. §. fin. ff. h. t. Rol. d. Val. cons. 91. n. 35. & seq. vol. 1.

8.

Univerſorum bonorum, quæ ex quæſtu. i. opera veniunt, ſocietas quando contrahitur; id quod hereditatis, legati, vel donationis titulo ſociis obvenit, non communicatur; ſed tantum quod ex quæſtu, ſive opera cujuſq; descendit.

l. 7. cum ll. ſeqq. ff. h. t.

9.

Haſtenus de ſocietate univerſali, ſequitur de particulari. Particularis dicitur, quando ſocietas de negociatione quadam ſingulari una vel pluribus aut certa re coita eſt b. Et hæc quoq; tacite contrahitur: ſi quidam unius & alterius certæ negociationis lucra & damna vel merces, non expreſſa conventionē, conferant c.

a l. 52. §. 14. ff. h. t. b l. 5. pr. ff. h. t. n. c l. 4. ibi & re ff. n. 1. n. Gab. Mudæ in l. 7. n. 2. & in l. 52. §. 6. ff. h. t. n.

10.

In hac particulari ſocietate, ſi ſocius æs alienū conſlaverit, conſocii non obligantur; niſi in communem

A 3

munem

*
munem arcam pecuniæ versæ sint, vel aliâs obliga-
tio societatem respiciat.

l. 82. § 2. ff. h. t. wes. cons. 31. n. 27.

11.

Causa efficiens societatis est consensus a, re
ipsa, factis & actib. qui citra jus & nomen societatis
fieri nequeunt, declaratus. b.

*a l. 19. § 1. ff. h. t. wes. in par. n. 4. b Boer. in l. si patruus. n.
10. vers. item quia. C. com. utri. iud. wes. cons. 31. n. 28. & alij. à
wes. d. lo alleg.*

12.

Nihil autem refert, talem consensum qui præ-
bet; pater an filius. sit a, liber homo an servus b.
Quin etiam inter vir: & ux: non solum expressè, sed
etiam tacitè contrahi potest. c.

*a l. 58. § 2. ff. h. t. b l. 18. eo. c l. 16. § f. ff. de alim. leg. l.
32. § 24. ff. de don. in V. & V. Boc. disp de soci. th. 5.*

13.

Hic societatis contract. cum consensu synallag-
matico perficiatur; ab eo ineundo arcentur, quicūq;
à ll. consensu destituti judicantur; quales sunt furi-
osi a, prodigi b, errantes c, pupilli sine tut: au-
ctor. d; minores e & si qui sunt alij. Item cum ho-
stib. hæreticis & Sarracenis contracta societas non
valet f. Cum Iudæis verò, cum quib. conversari
nobis licet, societatem contrahere non prohibe-
mur g, si modò contractus coram magistratu or-
dinario, cui Christian. subjectus est, celebretur h.

*a l. 5. 40. ff. de R. I. § 8. 1. de inut. stip l. 70. § 4. ff. de fide-
iuss. b l. 1. ff. de cur. fur. c l. 116. § 2. ff. de R. I. l. 33. ff. h. t. d
Hen. God. con. 86. n. 3 & seq. e l. f. § 2. C. de sent. pass. f Boer. de.
179. n. 7. Pet. Duenas. in Reg. 591. ubi & alios in hanc sent. alleg. g
arg. l. Iudæi 8. l. 10. C. de Iudæ Boc. hic. th. 6. & alij. ib. h Recess.
Imp. August. anno 51. §. Diesem zubegegnen.*

Materia

14.

Materia sunt res & operæ a honestæ. De us
trisq; enim societas perfici potest, & quidem ita, ut
vel omnes focii & res & operas, vel quidam res,
quidam duntaxat operas conferant b.

a quæ quidem in commercium cadunt. l. 63. §. f. ff. h. t. & res. in
par. n. 5. h. t. b l. 1. C. hic. l. 5. §. 1. l. 29. §. 2. vers. si in cocunda.
ff. h. t. §. 2. l. eo.

15.

Formam sive differ. specificam hæc verba defi-
nitioni inserta (ad rerum communionem habend-
dam) ostendunt: quib. hic contractus ab aliis dis-
cernitur. Eadem quoq; verba finem cuius gratia so-
cietas iniri solet, exprimunt.

l. 1. §. 1. l. 3. §. 1. l. 3. ff. h. t. Cic. act. 5. in Verrem. Nam focii
(inquit) putantur, inter quos res communicata est.

16.

Et quidem si nihil de partib. nominatim con-
venerit æquales & in lucro & in damno esse constat a,
secundum proportionem Geom: pro ut quisq; plus
vel minus rei operæve in societatem contulerit b.

a §. 1. l. h. t. l. 29. pr. ff. eo. b l. 6. §. 1. ff. h. t. Port. §. 1. l. h. t.
& res. in par. n. 6.

17.

Quæstio hîc nobis sese offert ardua: 'an is qui
operam solummodo in societatem confert, sortem
sive capitale cum altero socio commune habeat?
Et si quidem is operam pecuniæ consocii æqualem
in societate posuerit, finita verò societate nullum
lucrum, citra ejus culpam supersit, sed duntaxat ipsa
pe c: cum utroq; proportionabiliter communem
esse asserimus.

gl. l. 1. C. h. t. l. 145. §. sequens. n. 45. l. de act. & alii. ib. alleg.
Quod

18.

Quod si autem partes fuerint expressæ hæ seruari debent, licet fuerint inæquales: modo is qui plures lucri partes auferre debet, etiam plus contulerit societati, vel rei vel operæ *a*. Talis enim societas coiri nequit, ut unus lucrum tantum, alter v. solummodo damnum sentiret, quæ societas iniquissima & leonina appellari solet *b*.

a §. 1. l. h. t. l. 29. pr. ff. eo. Vbi etiam gl. in verb. societati Dissidentes. Azonis & Io. opiniones refert. *b* d. l. 29. §. f.

19.

Si in una causa pars fuerit expressa, veluti in solo lucro, vel solo damno: in altera verò ommissa; in eo quoq; quod prætermisum est, eandem partem seruari expeditum est.

§. illud expeditum. 3. l. h. t. n.

20.

Præterea societas contrahi potest, vel in perpetuum: id est, dum socii vivunt, vel ad tempus, vel ex tempore, vel sub conditione *a*. In æternum verò societatis coitio nulla est *b*.

a l. 1. ff. h. t. l. pen. C. eo. *b* l. 70 ff. eo.

21.

Solvitur porro societas ex personis, ex reb. ex voluntate, finito negotio & actione.

§. 5. cum seqq. l. h. t. l. 63. §. f. l. 65. §. 10. ff. h. t. Ad hosce etiam modos referri possunt & illi qui à Modestino IC. in l. 4. ff. h. t. proponuntur.

22.

Ex personis, ut max. vel med. capitis dim: *a* & morte *b*. Licet etiam plures sint socii, tamen unius morte tota finitur societas, nisi in societate cœcunda aliter convenerit *c*. Id quod in privatis societatibus procedit.

procedit. In societate namq; vectigalium nihilomi-
nus manet societas, etiam post mortem alicujus, sed
ita demum si pars defuncti, ad personam heredis
adscripita sit, ut heredi quoq; conferri oporteat *d.*
a l. 63. §. ff. h. t. b d. l. 63. d. §. l. 4. §. 1. eo. c §. 5. l. eo.
l. 65. §. 9. ff. eo. d l. 59. ff. h. t. Cuiac. lib. 10. obs. c. 29.

23.

Morte quoq; socii unius tum societas non sol-
vitur, si post ejus mortem sequatur res, de qua soci-
etas coita est: & ignota fuerit mors socii *a*. Licet
etiam heres socii non sit socius *b*, & tamen quæ
per defunctum inchoata sunt, per heredem expli-
cari debent *c*.

a l. 65 §. 10. ff. h. t. b l. 40. 63. §. 8. l. actione §. 9. ff. h. t.
c d. l. 40. ff. eo.

24.

Ex reb. soc. solvitur, cum aut nullæ relinquin-
tur, aut eæ conditionem mutaverunt *a*. Unde æ-
gestate, hoc est, publicatione omn. bonorum *b*;
vel cessione propter molem debiti, ab uno socio
factam, & ob id bonis omnib. istius socii à credito-
rib. divenditis; societas dissolvitur. Si vero adhuc
socii consentiant, nova videtur incipere societas *c*.

a l. 63, §. l. 65. §. 12. ff. h. t. b §. 7. l. eo. l. 4. §. 1. l. 65. §.
12. ff. eo. c §. 9. l. h. t. d. l. 65. §. 1. ff. eo. Sola tamen de coctione
societas non solvitur, sed cessionem bonorum subsequi necessum est.
Boc. hic. th. 52. Diss. Trent. th. 11. lit. c.

25.

Voluntate societas distrahitur, cum fit renun-
ciatio, hoc est, si omnes dissentiant *a*, quod non
solum expresse, sed etiam tacite fieri potest *b*, ut &
per procuratorem *c*.

a l. 65 §. 3. ff. h. t. nisi iusta subsit causa, tunc n. vel solus renun-
ciare potest. l. 14. l. 15. & seq. ff. h. t. §. 4. l. b. t. b l. 64. eo. & ves. in
par. n. 11. c l. 65. §. 7. ff. eo.

B

Finito

26.

Finito negotio societas solvitur, si alicujus rei societas in. ita sit, & finis illi negotio impositus fuerit.

l. 65. §. 10. ff. h. t. §. 6. l. eo.

27.

Deniq; actione solvitur, cum aut stipulatione, aut judicio mutata est causa societatis,

l. 65. ff. h. t. n. d. ves. in par. n. 11. in fi.

28.

Ex hoc contractu nascitur actio, quæ vocatur pro socio, utrinq; directa *a*, generalis *b*, qua sibi socii invicem tenentur de eo, quod alterum alteri ratione societatis præstare oportet *c*. Hac damnati, ignominiâ notantur *d*. Et datur finita societate; nonnumquam etiam durante *e*.

a §. 2. 1. de pena tem. litig. Mozz. col. 6. n. 1. hic. *b* l. 38. ff. h. t. Treut. hic. th. vit. *c* l. 3. pr. & toto tit. D. & C. pro socio. Boc. th. 59. hic. *d* d. §. 2. 1. de pena tem. lit. l. 1. ff. de his qui not. inf. Azo in summa C. pro soc. n. 46. *e* l. 65. §. 15. ff. h. t.

29.

Hac actione etiam agitur, si quid socius dolo vel culpa lata aut levi commiserit *a*. De levissima autem non tenetur *b*. Damna item quæ imprudentibus accidunt h. e. damna fatalia, communia sunt *c*. Quod vero in alea aut adulterio perdidisset, ex communione non est laturus *d*.

a §. fl. h. t. l. 5. §. 2. ff. commod. *b* d. §. f. 1. h. t. *c* l. 52. §. 3. ff. h. t. *d* l. 59. §. f. ff. h. t.

30.

Cum hac actione etiam concurrit communi dividundo Iudicium.

l. 43. ff. h. t. l. 2. pr. ff. com. div.

Et deni-

Et deniq; hæc actio datur heredibus & contra
heredes sociorum.

*l. 63. §. 8. l. 65. §. morte. ff. h. t. Azo in summa. C. h. t. Oldend.
cl. 5. act. 2. i. n. 5. dves. in par. in fi. hic.*

*Hactenus de societate, sequitur
de mandato.*

Mandatum quod à manu data dictum videtur *a*,
definitur contractus *b*, solo consensu *c* ini-
tus, de negociis alienis *d*, sine mercede gerendis *e*,

a Oldendorp. cl. 4. act. 2. 4. pr. Azo in sum. C. h. t. dves. in par.
Myns. & com. Dd. hic. Hotom. in com. hic. *b* l. 2. pr. ff. h. t. 1. hic. pr.
§. 2. 1. de Obl. Diss. Acc. Azo. Salic. & alii hic. Cuiac. in par. C. h. t. *c*
l. 1. pr. ff. h. t. l. 2. pr. ff. de O. & A. Inst. de O. ex cons. in pr. & ideo
per nuntium & epistolam mandatum suscipi potest. l. 1. §. 2. ff. h. t.
d Nam in suis negocijs non mandatum datur sed consilium. §. 6. l. h.
t. l. 2. pr. & §. 6. ff. h. t. *e* l. 1. §. f. ff. h. t. S. f. l. eo.

Mandatum non suscipere cuilibet liberum est;
susceptum autem consumandum, aut quamprimum
renunciandum.

§. 1. l. h. t. l. 5. C. de O. & A. l. 2. 2. §. f. l. 27. §. 2. ff. h. t.

Hoc exequendum qui suscipit mandatarius sive
ve procurator in jure dici solet. Isq; duplex est, aut
litium & caussarum; aut rerum sive bonorum.
De illo agitur sub tit. ff. & C. de procuratoribus. De hoc verò hic
Inst. de mand. D. & C. mandati vel contra.

Mandare autem & mandatum suscipere illis li-
cet, qui & contrahere possunt *a*. Vnde qui socie-
tatem

B 2 tatem

tate in contrahere non possunt ^t, neq; mandare,
neq; etiam mandatum suscipere valent.

Mozz c. inter quos mandatum, & c. n. 1. Fr. Hot. in com. h. t. b
quos recensimus supra th. 13.

36.

Mandatarius negocium susceptum alteri rursus
demandare non prohibetur.

l. 8. §. 3. ff. h. t. l. 28. ff. de neg. gest. c. 1. in fin. de procur. in
6. Oldend. act. 24 c. 4. cl. 4. Treut. hic. th. 2. lit. c.

37.

Causa efficiens mandati est consensus ^a. Et
ratione hujus fit distributio. Aut enim tacitum est,
aut expressum. Expressum; quando mandans con-
sensum expressis hisce declarat verbis: volo, rogo,
mando, & similib. voluntatem mandatoris signifi-
cantib. ^b modò per verba commendatoria id non
fiat. ^c.

a l. 1. pr. ff. h. t. b d. l. 1. §. 2. Per epistolam etiam inter ab-
sentes. d. l. 1. §. 1. cui consensisse videtur is, qui eam accepit, & non
contradixit. Tr. th. 5. lit. F. c l. 12. §. 12. ff. h. t.

38.

Tacitum est, cum quis altero pro se fidejuben-
te, aliudve negocium gerente, tacet & non contra-
dicit.

l. 6. §. 2. l. 18. l. 40. l. 53. ff. h. t. l. 6. C. eo. l. 60. ff. de R. l. Mozz.
in e. de div. mand. n. 70. gl. & Dd. com. in d. l. 18.

39.

Materia sunt res vel negocia futura ^a; eaque
honestas ^b & licita.

a Facta namq; & praterita res frustra fieri mandantur. l.
12. §. 14 ff. h. t. b Quia turpis rei nullum est mandatum. l. 6 §. 3. l.
7. l. 12. §. 11. l. 22. §. 6. ff. h. t. §. 7. Inst. eo. l. 26. & seq. ff. de V. O.

40.

Quæstionis hic est, an si quis mandet aliquem
vulne-

vulnerari, & mandatarius occidat, mandans teneatur de occiso? quod adfirmamus d. Si verò famulus vel amicus eius qui primò offensus est, offendentem occidat, & mandatum non proberur, illud non intervenisse præsumendum humanius & æquitati magis conveniens putamus.

a c. fin. de homicidio, in 6. Menoch. 2. arb. iud. cent. 4. cas. 152 n. 2. Clarus. li. 5. §. fin. q. 89 n. 4. Diss. Dec. cons. 482 n. 16 & cons. 622. in fi. b. arg. l. 4. C. de edendo l. 23. C. de probat. Treut. th. 3. lit. g. Diss. Br. in l. si ventri. §. fin. n. 3. ff. de priv. cred.

41.

Ratione materiæ altera fit divisio. Aliud enim est generale, cum genus aliquod sive universitas quædam negotiorum mandatur a: aliud speciale, quod est unius alicujus vel certæ rei b.

a l. 6. §. 6. in fi. ff. h. t. l. 58. l. 63. ff. de procur. Et quidem vel cum libera totorum bonorum administratione. d. l. 58. vel sine illa d. l. 63. b. gl. in l. 40. ff. de procur. Treut. th. 5. hic. Hot. in com. h. t.

42.

Forma mandati est ut sit gratuitum. Nam originem ex officio, atq; amicitia trahit a. Vnde mandatarii aliquoties in jure amici appellantur b. Remuneratio tamen sive animi grati à mandante erga mandatarium facta declaratio, contractui huic accidere potest c. Illamq; si certa est, mandatarius rectè peter d. Quod si autem omninò incertum sit illud, quod remunerandi nomine promittitur, ne extra ordinem quidem peti poterit e.

a l. 1. §. f. ff. h. t. l. 13. l. 22. ff. de præsc. verb. b. l. 1. pr. ff. quib. mo. pig. l. 36. ff. de neg. gest. l. 23. ff. de reb. auct. iud. c. l. 6. ff. h. t. d. l. 7. ff. eo. l. 1. C. eo. e. l. 56. §. 3. ff. h. t. l. 17. C. eo.

43.

Finis mandati est, ut aut unius tantum gratiã inter-

interveniat, aut pluriū *a*. Vnius tantum, ut mandantis vel aliena *b*. pluriū ut mandantis & mandatarii, vel mandantis & aliena, vel mandatarii & aliena.

a Inst. hic. pr. l. 2. pr. ff. h. t. Old. cl. 4. tit. 24. n. 3. *b* Mandatarii solius gratia mandatum nullum est. ut sup. th. 32. diximus, nisi tanti apud illum sit ponderis, ut alias non fuisset facturus, nisi mandassem. l. 6. §. 5. ff. h. t.

44

Dissolvitur porrò mandatum voluntate aut morte. Voluntate vel mandantis *a*, vel mandatarii; dummodò ita renunciēt, ut integrum jus mandatori reservetur, vel per se vel per alium eandem rem commodè explicandi. *b*. Quod si mandatoris intersit non deferri officium, ad id tenebitur mandatarius *c*, nisi iustas habeat causas, quare vel implere quod suscepit, vel renunciare non potuerit *d*.

a l. 12. §. 16 l. 27 §. 1. ff. h. t. *b* l. 22. §. ff. h. t. Sch. §. re. Etè quog. n. 1. et seq. l. h. t. Vbi declarat quando res dicatur integra. *c* l. 27. §. 2. ff. h. t. *d* l. 22. §. f. d. l. 27. §. 2. & res. in par. n. 9.

45.

Morte vel mandantis vel mandatarii solvitur mandat in re adhuc integra *a*: & si mors mandantis, mandatario fuerit cognita *b*, nisi mandatum ad hoc sit d. tum, ut post mortem mandatoris impleatur. *c*

a §. 10. l. h. t. l. 6. ff. de Jurisdic. l. 27. §. 3. ff. h. t. Sch. §. Re. Etè quog. n. 3. l. h. t. *b* l. 15. l. 26. pr. ff. h. t. d. §. 19. cl. 12 §. f. et l. seq. ff. h. t.

46.

Eff. Etus mandati est, ut alterum alteri statim obliget *a*. Ex qua obligatione duplex nascitur actio: directa & contraria. Directa datur mandatori & est jus heredit. *b* ad id quod interest; tum, cum mandatum

datum

datum non est impletum *d*; vel perperam *e*, aut extra fines præscriptos gestum. *f*.

a wes. par. n. 8. *b* §. 10. l. h. t. Interdum tamen etiam competit utilis, ut est casus. in l. 22. §. 5. ff. h. t. Duar. c. 2. b. t. c. l. 16. C. eo. d. l. 27. §. qui mandatum. ff. h. t. *e* Old. cl. 4. act. 24. l. fin. §. fin. ff. h. t. *f* l. 3. §. f. l. 5. pr. l. 46. ff. h. t. Mandatum tamen ad unum trahitur etiam ad alia, sine quibus illud haberi nequit. arg. l. fin. ff. de off. eius cui. mand. est iuris d.

47.

In hac actione dolus & culpa *a* etiam levissima *b* præstatur. De casu autem fortuito non tenetur mandatarius.

a l. 8. §. f. ff. h. t. l. 11. C. eo. l. 23. ff. de R. I. Old. cl. 4. act. 24. *b* wes. par. hic. n. 10. Vult. 2. Jurisp. Rom. 9. Duar. hic. c. 2. Cic. pro S. Rosc. b. l. 13. l. 21. C. h. t. Gaill. ob. 45. n. 4. & seq. c. d. l. 13. Schn. §. mandatum n. 4. l. h. t.

48.

Et hac actione ob dolum vel ideò, quod restituere nolit, conventus sit infamis.

l. 6. §. 6. ff. de his qui not. inf. §. 2. l. de pœ. tem. lit. wes. par. hic. n. 10.

49.

Contraria agit, qui mandatum suscepit: ad repetendum *d*, quod ex causa mandati ei abest *b*; etiam si negocium implere casu aliquo nequiverit *c*.

a l. 12. §. 7. & 9. l. 54. §. f. ff. h. t. *b* l. 10. §. 9. l. 12. §. 9. l. 26. §. f. l. 27. §. pen. & f. l. 45. §. 6. D. h. t. l. 1. C. eo. c. l. 56. §. f. D. h. t. wes. par. n. 11.

50.

Mandatario eadem hæc actio datur, si fines mandati excesserit, sed in id tantum, quod rogatus est.

l. 4. l. 33. l. 45. §. 6. D. h. t. Menoch. de arbitr. iud. quest. lib. 2. cent. 4. cas. 352. n. 3.

Coro^r



Coronialis loco.

QVæritur an is, qui operam saltem in societatem confert, propriis impensis laborare teneatur? Negamus. Et non solum peregrè, verùm etiam domi a, operam, communib. impensis, si quotidianæ & omnimodò necessariae fuerint, ponendam esse arbitramur.

l. pro socio 38. §. 1. l. si unus. 67. §. 2. l. socium. 60. §. 1. Et l. seq. ff. pro socio. a Satyc. in l. 1. C. h. t. n. 6. Diss. B. lib.

F I N I S.



99 A 6904


ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L







DISPUTATIO X.
libri 3. Institut. Imp.
DE SOCIETATE ET MANDATO
QVAM
ELOHIM aspirante
PRAESIDE
Nobilissimo, Clarissimo, Consultissimoq; Viro
DN. ARNOLDO DE REYGER,
I C. ET IN INCLYTA SALANA
Publico Digestorum Prof. digniss.
diligentissimoq;
Ingenij exercendi causa proponit & defendere conabitur
AD DIEM MARTII
Horâ locoq; consuetis.
PAVLVS Rhem.
In omni societate iustum aliquid & amicitia esse videtur.
Arist. 8. Eth. c. 9.
IENAE
Ex typographéo Tobia Steinmanni.
ANNO MDCCXCV.

